



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

XXV. Ne manifestus vsurarius recipiatur ad communionem altaris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO  
CHRISTI  
1179. cupiditate in galeis & piraticis Saracenorum nauibus regimen & curam gubernationis exercent. Tales igitur a communione ecclesiæ præcisos, & excommunicationi pro sua iniuitate subiectos, & rerum suarum per sæculi principes catholicos & consules ciuitatum priuatione mulctari, & capientium seruos, si capti fuerint, fore censemus. Præcipimus etiam, ut per ecclesiæ maritimorum urbium crebra & solennis excommunicatio proferatur in eos. Excommunicationis quoque poenæ subdantur, qui Romanos aut alios Christianos pro nego-  
tiatione, vel aliis causis honestis nauigio vectos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumunt. Illi etiam qui Christianos naufragia patientes, quibus se-  
cundum regulam fidei auxilio esse tenentur, \*dam-  
nanda cupiditate rebus suis spoliare præsumunt, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se nouerint subiacere.

XXV.

\*f. cri-  
men Quia in omnibus fere locis \*tantum usurarum ita inoleuit, ut multi aliis negotiis prætermisssis, quasi licite usuras exerceant, & qualiter vtriusque testamenti pagina condemnentur, nequaquam atten-  
dant: ideo constituimus, ut usurarii manifesti nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, accipient sepulturam. Sed nec eorum oblationem quisquam accipiat. Qui autem acceperit, aut eos Christianæ tradiderit sepulturæ: & ea quæ acceperit, reddere compellatur, & donec ad arbitrium sui episçopi sa-  
tisfaciat, ab officii sui maneat executione suspensus.

Concil. Tom. 27.

M m m ij